

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae
Professor. Funus hodie fiet viro luveni ... Zachariae Lucovio ... : P.P. Rostochii a.
d. 28. Decembris Anno 1615.**

[S.I.], 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770336558>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.

in

G. Lucow.

Rostock. 1615.

62.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770336558/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770336558/phys_0002)


DFG


RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHENSIS
JOHANNES QUISTORPIUS
S. S. Theologiæ Professor.

Vnus hodie fiet viro Juveni, in illa atate in qua maximè vitalis esse videbatur, denato. Virū qui novere, nec id ignorant, quam huic fuerit robur validum, quanto corporis vires, quam robusta ossa, color vividus, omnia vel ad centum annos duraturam vitam spondentia. Flos erat. At quam breviflos hic mortis falce incisus emarcuit! Convertamus omnes, senes, juvenes, in eum, qui nunc cadaver est, corporis ac animi oculos. Excutiat ille nostrum nobis corporem, qui quamvis concitato ad mortem pergamus gradu, et pernici cursu omnibus diebus, omnibus horis, ad metam properemus, longè tamen nos ab illa abesse arbitramur. Stupor certe hic est mentis nostra magnus, nec ullo modo excusandus. Quicquid nocte navigant, et se à terrâ, quam propter tenebras non proficiunt, non procul abesse sciunt, singulis momentis intenti sunt, ne navi in littora incurvant, quā frictâ, licet ipsenata possint, mercium quas vehunt jactaram faciant. Et nos quorum cymba inter spissas tenebras, in mundi hujus pelago agitur, quicquid ignorare non possumus, nos littori approximare securi dormitamus, ac vix per somnum cogitamus, quanto cum anima ac salutis periculo, si à portu aberramus, passurismus naufragium. Evigilemus hoc praesenti admoniti funere. **Q**uis non hunc à portu longissime absuisse censueret? Subiit eum omnium exspectatione citius, et in vado constitutus, nobis celestis cantat. Attendantus, quis scit cuja navis terra sit proximior. Hac nobis noster hic occinit celestes. **Q**uid nos de eo? Non nisi illa, quæ de optimo quoque rectissime dicuntur. Si parentes, si educationem, si vita quod fuit sectatus genus, si vitam agendi rationem, si ex hac vita existum consideramus, omnia hac faciunt ut non nisi honestissima de illo affirmare possumus. Parentes habuit; Patrem CHRISTOPHORVM LVCOVV, virum dum vixit pium, industrium, in lauta repositum, civem Vrbis hujus honestissimum: Matrem MARGARETAM Volcters mulierem omnibus matronalibus dotatam virtutibus, quæ nunc vidua multa etatis, huic suo filio ZACHARIAE LVCOVIO, ea, quæ sibi ab eo fieri sperat, mastissimo animo justa facit. His noster natus est parentibus, Anno supra millesimum quingen. Bimū octwagesimo quarto a. d. 8. Calend. Decemb. hora inter nonam et decimam antemeridiana: quem ijdem ab infantia prima, à privato preceptore conducto et alto in eum usum, ut olim, et toti suo generi, et patria ornamento esset, fideliter, in pietatis, morū elegantia, bonarū literarū studijs, informari curarunt. Post parentes humana, (ut solemus homines) aguentes consilia, quis de Deo tribas eos donarat filiis in vivis existētibus, duos litteris, hunc mercatura, ad quā factus esse videbatur, operā dare voluerunt. Cogitationum ac voti sui, quamvis initia consecuti sint felicia, successus tamen non itidem. Nam et unus eorum JOACHIMVS, quem literis destinarunt, ubi egregios in ijs fecerat progressus, et jam furis Canditatus audiebat, etate florida hinc avocatus, vitam cum morte commutavit, et parentum cogitationes discessu suo incidit. En eum 23. Decembbris insequitur ille, quem ipsi mercatura doverant, et in quo adhuc superstes mater, (quam ille in re familiari, ut filium decet, fideliter juverat,) se voti sui compotem redditum iri, ex peregrinationibus per Dantiam, Norvegiam, Belgum, Oram Borussiacam, loca emporijs nobilia, feliciter peractis, augurabatur. Sed eandem in hoc experta est fortunam, quam in illo altero, quem dixi studijs mancipato: ut ante annos pauculos, illius Literati, sic nunc Mercatoris luet obitum. Qui ante septimanas non adeo multas capitales dolores sentire cœpit, quos tuus acutissima exceptit, quæ ipsius vires paulatim attrivit; illum initio domi detinuit; post lecto affiri; et tandem vitâ 23. hujus mentis auditâ duodecima exuit. Quam ille cum prolubio reliquit, et fide plenus, cum Stephano, animam suam Christo, à quo eam habebat, fideliter custodi commendavit. Ecce olim trium, nunc unius saltē filij, viri Clariſimi Consultissimi Dn. CHRISTOPHORI LVCOVII f. V. D. et Academian nostræ civis desideratissimi, quem tristissima diu superstitem Deus velit, mater. Eamus viri Clariſimi Dn. Professores, Doctores, Magistri, Studiosi Juvenes exequias: frequentia nostra, matrem mastissimam solemur, fratri viro clariſ. nostro concivi favorem declaremus; funus politissimi et nostri ordinis dum vixit studiosissimi Juvenis ornemus: apud animum nostrum quam hac fugax sit vita, quicquid.

Nemò tām divos habeat faventes
Cogitemus. Id ut omnes sua sponte facturos spero, ita eosdem rogo ut ad primam bodiernam in templo Mariano, ad illud præstandum convenienter. P. P. Rostochia. d. 28. Decembbris Anno 1615.

Crastinum ut possit sibi polliceri






RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHE
JOHANNES QUISTO
 S. S. Theologiae Professor.

Vnus hodie fiet viro Juveni, in illa etate in qua maximè videtur. Vivū qui novēre, nec id ignorant, quam huic fuerit ratio corporis vires, quam robusta ossa, color vividus, omnia vel raturam vitam spondentia. Flos erat. At quam breviflos habemarciuit! Convertamus omnes, senes, juvenes, in eum, qui in corporis ac animi oculos. Excutiat ille nostrum nobis corporeum tato ad mortem pergamus gradu, et pernici cursu omnibus ad metam properemus, longè tamen nos ab illa abesse arbitramur. Stupor certus magnus, nec ullo modo excusandus. Quicacā nocte navigant, et se à terrā, quae non prospiciunt, non procul abesse sciunt, singulis momentis intenti sunt, ne navis in quā fracta, licet ipsi enat are possint, mercium quas vebunt jacturam faciantur. bā inter spissas tenebras, in mundi hujus pelago agitur, quiq; ignorare non possumus, securi dormitamus, ac vix per somnum cogitamus, quanto cum anima a portu aberramus, passurissimus naufragium. Evigilemus hoc praesenti admone, non hunc à portu longissimè absuisse censueret? Subiit eum omnium exspectatione constitutus, nobis celestis cantat. Attendantus, quis scit cuja navis terra sit prae noster hic occinit celestes. Quid nos de eo? Non nisi illa, quæ de optimo quoque parentes, si educationem, si vita quod fuit sectatus genus, si vitam agendi rationem, tum consideramus, omnia hac faciunt ut non nisi honestissima de illo affirmare possunt; Patrem CHRISTOPHORVM LVCOVV, virum dum vixit in laute repositum, civem Vrbis hujus honestissimum: Matrem MARGARETAM, licet omnibus matronalibus dotatam virtutibus, quæ nunc viduam multæ etatis CHARIÆ LUCOVIO, ea, quæ sibi ab eo fieri speravit, mestissimo animo justi natus est parentibus, Anno supra millesimum quingen. ßimum octuagesimo quod Decemb. hora inter nonam et decimam antemeridianam: quem ijdem ab infantia prima, à privata preceptore conducebat et alto in eum usum, ut olim, et toti suo generi, et patria ornamento esset, fideliter, in pietatis, morum elegancia, bonarum literarum studijs, informari curarunt. Post parentes humana, (ut solemus homines) agitantes consilia; quia Deus tribas eos donarat filiis in vivis existentibus, duos litteris, hunc mercatura, ad quā factus esse videbatur, operā dare voluerunt. Cogitationum ac voti sui, quamvis initia consecuti sint felicia, successus tamen non itidem. Nam et unus eorum JOACHIMVS, quem literis destinabant, ubi egregios in ijs fecerat progressus, et jam furis Canditatus audiebat, etate florida hinc avocatus, vitam cum morte commutavit, et parentum cogitationes discessu suo incidit. En eum 23. Decembris insequitur ille, quem ipsi mercatura voverant, et in quo adhuc superstes mater, (quam ille in re familiari, ut filium decet, fideliter juverat,) se voti sui compotem redditum iri, ex peregrinationibus per Daniam, Norvegiam, Belgum, Oram Borussiacam, loca emporijs nobilia, feliciter peractis, augurabatur. Sed eandem in hoc experta est fortunam, quam in illo altero, quem dixi studijs mancipato: ut ante annos pauculos, illius Literati, sic nunc Mercatoris lumen obitum. Qui ante septimanas non adeo multas capitales dolores sentire coepit, quos ius suis acutissima excepit, que ipsius vires paulatim attrivit; illum initio domi detinuit; post lecto affrinx; et tandem, vitâ 23. huius mentis auditâ duodecima exuit. Quam ille cum prolubio reliquit, et fide plenus, cum Stephano, animam suam Christo, à quo eam habebat, fidelicustodi commendavit. Ecce olim trium, nunc unius saltem filij, viri Clarissimi Consultissimi Dn. CHRISTOPHORI LUCOVII f. V.D. et Academia nostræ civis desideratissimi, quem tristissima diu superstitem Deus velit, mater. Eamus viri Clarissimi Dn. Professores, Doctores, Magistri, Studiosi Juvenes exequias: frequentia nostra, matrem mestissimam solemur, fratri viro clariß. nostro concivi favorem declaremus; funus politissimi et nostri ordinis dum vixit studiosissimi Juvenis ornamus: apud animum nostrum quam haec fugax sit vita, quiq;

Nemò tam divos habeat faventes

Cogitemus. Id ut omnes sua sponte facturos spero, ita eosdem rogo ut ad primam bodiernam in templo Mariano, ad illud prestantum convenienter. P. P. Rostochia. d. 28. Decembris Anno 1615.



IUS